


Anno domini Mo cccc xlvii die prima ?? mensis Septembris die
sancti Egidii hora vesperarum obiit venerabilis magister Johannes [illegible]
doctor medicine legum ordinarius et medicus, qui multorum librorum
copiam in medicinis contulerunt librarie in Collegio orate pro eo

II

Guido de Canliaco
In Parten Chyrurgie

In dei nomine incipit inventarium seu collectorium in parte cyrurgicali medicine compilatum et completum anno domini millesimo CCC lxiii per Guidonem de Caulhiaco cyrurgicum magistrum in medicina in preclaro studio Montispessulani et cetera.

Postquam prius gratias egero deo largienti vitam perpetuam animabus et sanitatem corporum et medicanti morbos magis per gratiam quam obtulit omni terram ex virtutibus sanitate confidentibus et protegentibus a langore danti et intelligentiam artis medicine et ingeniis spiritualibus, dixit et audiens et intelligens duo opera ad commentandum et assimilandum. In primis et igitur aggrediens opera commentatorum seu collatorum artis cyrurgie ago gratias deo vivo et vero quem omnibus convenit esse sine quo nullum rite fundatur exordium. Ad eum devotissime recurrendo totis viribus cordis mei supplico ut in hoc opere et in cunctis aliis mittat michi auxilium de sancto et de Syon tueatur me, felicem phisicum tribuendo et feliciorem medicum gubernando, et iubeat complere quod fiat utile ad finem optimum deducendo. Titulus huius commentationis seu collectionis non fuit librorum defectus sed potius unitas et profectus. Non enim quilibet omnes libros habere potest et si haberet tedium esset legere et divinitus omnia intente retinere. Baruch lectio delectat, grata perfectio. Et in constructionibus sicut ostendunt melioramenta scientie enim per additamenta fiunt. Non enim possibile est eundem incipere et finire. Pueri enim sumus in collo gygantis quia videre possumus quicquid gygas et aliquantulum plus. Est quoque in constitutionibus et assimilationibus unitas et profectus. Verum quia ut ait Plato eximius ea que scribuntur brevius quam expediat diminuta fiunt et obscura. Ea vero que longius videntur fastidiunt. Nullus est liber qui reprehensionem effugiat. Et propter hoc in adsolacium senectutis et exercitium mentis vobis dominis meis medicis Montispessulani, Bononie, Parisius atque Avinionis precipue pro illis qui in servicio Romanorum pontificum associati, cum quibus audiendo legendo et operando fui, nutritus mediocritate observando mediatum compendiose per scrutinium sapientum dicta prout in diversorum librorum voluminibus cyrurgie

que dictaverunt, ypocras quod inventarium seu collectorium cyrurgie vobis liberaliter. Nec de meo proprio aliquid nisi forsan paucissima addidi que iuxta modicitatem mei ingenii utilia reputavi. Si quid tamen ipsorum superfluum dubium et obscurum ibidem fuit correctioni vestre submitto. Et supplico ut paupertati scientie mee venia concedatur. Capitulum singulare in quo premittuntur quedam.

Clarissimi domini quia hic commentando ad modum inventarii civilis hereditatis ordinatur et in inventario civili prescribuntur custodia et digoria hereditatis tractantis, ita et isto premittitur capitulum singulare in quo ponuntur quedam communia valde utilia cuilibet volenti proficere in arte cyrurgie. Et hoc est quod nobis mandat philosophus in primo phisicorum: innata est nobis via a communioribus ad specialia procedendi. Dicatur ergo primo quid est cyrurgia. Et licet multi multipliciter eam diffinierint, omnibus tamen fundamentum a patre nostro Galieno in introductorio medicine supponitur dicit: Cyrurgia est postrema terapeutica per incisiones et ustiones et articulationes ossium sanans homines. In diffinitione addit in commento primi regiminis acutorum et per alias manuum operationes. Et ita est complete descripta cum ipsa consideratur magis large prout est scientia curandi egritudines in quibus cadit seu mittitur excidere aliorum operatio manualis sine exclusione aliorum duorum instrumentorum medicine potionis videlicet et diete. Talis descriptio ex dictis omnium assignatur. Et cyrurgia est scientia docens modum et qualitatem operandi principaliter consolidando incidendo et alias operationes manuum exercendo sanans homines secundum quod est possibile. Et idem post ibi loco quamvis non valeat quod obiciatur quod in multis locis nominatur ars, quod hic large et non proprie sumpte sunt nomine scientie. Habet enim auctoritas colligantiam hinc quia unus pro reliquo multociens nominatur. Veritas tamen habet quod cyrurgia est duplex: docens que appropriatur nomine scientie, quam potest scire aliquis et si nunquam fuit operatus, et utens que nomine artis appropriatur. Et istam nullus potest scire nisi viderit operari, quam Aristoteles inter artes mechanicas numerat. Et hoc est quod Galienus dicebat in primo de alimentis. Et libro ... ait non gubernatorem aliquem posse fieri nec aliarum artium opificem; sola enim doctrina que exercitando habent artifices operantur. Reliqua ponuntur

pro dicta sed quod loquendo est permittatur In cauda tamen ... quod est possibile sanare homines ut dicebat in motu pesse (Magister noster Raymundus) non cum omnibus Et ita in talibus non est in medico semper releuet ut ergo Querere a medico demonstratorum est querere a trunco simociacionem Et ergo caret instrumentis ut doctor dicebat subtilis sufficit sed quod ars papit Ubi aduertendum quod in omnibus egritudinibus ars propter curam [illegible] excepto tribus casibus in quibus sufficit cura larga preservatiua vel palliatiua Primus casus est quando morbus est simpliciter incurabilis ut lepra Secundus quando morbus est curabilis de se et tamen patiens

non regere inobediente

inobediens aut penam sustinere non valens ut cancer in membro [illegible] Tertius est quando cura illius morbi generaret peiorem egritudinem ut malum mortuum inveteratum aut emorroidas antiquas sanari in una velocitate sine preservatiuum est ydropisim aut maniam [illegible] ypo Et hoc innuebat G. [illegible] curo vnius modo operari indolorose et absque fallacia saluare corpus et non perimere boni medici est non simpliciter [illegible] tarpetice et hoc est facere quod est possibile et non propter pecuniam promittere [illegible] a malis curis et a falsis promissionibus caveas ne nomen mali medici sperabis negotia super corpus tuum accipias Dicitur autem Cyrurgia a cyros quod est manus et gyros quod est operatio quasi scientia de opere manuali Apparet ergo expedit quod corpus humanum sanabile et egrotabile per scientiam cyrurgie est subiectum in cyrurgia et quod reddere [illegible] et sanare salute secundum quod est possibile [illegible] cyrurgie est finis et intencio istius scientie Et hec est Partes cyrurgie secundum Iohannitium in genere sunt due operaciones videlicet in membris mollibus et operari in duris In speciali vero sunt quinque videlicet scientia docens operari in vulneribus et docens operari in restaurationibus et in aliis in quibus cadit operatio manualis Operationes cyrurgie

Operationes cyrurgicorum

in partibus predictis sunt tres scilicet soluere continuum iungere separatum extirpare superfluum Soluitur continuum flebotomando scarpellando Iungitur separatum consolidando vulnera et reducendo algebraice Extirpatur superfluum cum curatur apostemata et glandule

resecantur Instrumenta cyrurgicorum cum quibus ista complentur sunt multiplicia

Instrumenta cyrurgicorum

Prima quedam sunt cibaria quedam propria Cibaria quedam sunt medicinalia quedam ferralia Instrumenta medicinalia sunt regimina

Instrumenta cyrurgica

et pociones farmacie unguenta emplastra pulueres Instrumenta ferralia quedam sunt ad incidendum ut forpices rasoria et lancete quedam ad cauterizandum ut sunt oliuaria et cultellaria quedam ad extrahendum ut tenacule et picicariole quedam ad probandum ut probe et [illegible] quedam ad suendum ut acus et canule Ista sicut tympana in capite [illegible] habentibus

Nota unguenta utilia

apparet quod cyrurgicus artifex operans debet secum portare [illegible] unguenta scilicet basilicon ad maturandum unguentum album ad consolidandum dyaltea ad dulcorandum [illegible] deportare [illegible] instrumenta scilicet forpices picicariolas probam rasorium et lancetas et acus et tales cyrurgicus sic munitus potest predictas operationes in corpore humano utiliter exercere [illegible] quod recte sunt curationes intentionum informate [illegible] cum curatus intencionibus secundum G. [illegible] terrapeutica ab indicationibus assumptis a rebus preter naturam primo consequenter a rebus naturalibus et non naturalibus et ab eisdem [illegible] oportet secundum eum G. in [illegible] a primis incipere non hinc ad eas que consequenter deinde ad illas que illis adherent et sic faciendo non cessare donec perueniat ad finem rei quesite que est curatio vniuscuiusque egritudinis Principium at nos duces ad hanc viam est egritudinis notio scilicet qualis sit [illegible] consequenter describendo [illegible] alia indicationem secundum singula [illegible] consequenter [illegible] indicationibus [illegible] secundum eum [illegible] intenciones inquirere que sunt [illegible] non [illegible] quod cum quolibet et qualiter compleat Ubi aduertendum [illegible] fine [illegible] et septimi quod si intenciones sint pauce et concordes ut in ulcere seu vulnere simplici leue [illegible] Si vero sint multe et contrarie ut ulcere [illegible] sordido apostemoso [illegible] membro nobili etc. Curare enim oportet [illegible] complicationibus [illegible] quando aque maior periculum [illegible] Secundo vero quando [illegible] causa

Tertium est quibus impossibile est sanari an aliqua curam vel ab aliis disponendum magnum periculum emminet intendo ad id quod magis operatur. Verbi gratia sicut quidam fistulas seu cosinas que ad tam. Ubi vero non est possibile curari sicut ad illa que ab origine ut exemplo prefato li. 3o c. 1o capitulo declarat evidenter. Et propter hoc dicebam in tertio quod non est id quod ut tamen sanatur velut rationem corporis sine quibus non obtinemus velut quod operatur aliquid vel tale est quod operatur ut tangit ... reliquie particulas ut in pustulis ... et emoroydiatibus veniis et universalibus percussis et articulationibus quod tu ultore sunt. Modus et forma operandi utilis cum predictis instrumentis secundum Arnaldum eliciatur ex qua ... considerationibus primo debet considerare cyrurgicus artifex operans quid sit illa operatio quam debet exercere in corpore humano. Secundo quod applicatur. Tertio utrum sit utilia et possibilis. Quarto rectum modum applicandi. Primum habetur per divisionem et subdivisionem operum cyrurgie ut dictum est. Secundum consistit per generalem intentionem cyrurgicorum que precipit operationes corpori humano competere debere secundum utilitatem vel fiduciam securitatis. Tertium concipitur per considerationem effectuum operis et particularum apte corporis ... Quartum innotescit ut omne quod convenit corpori secundum quod talis operatio applicatur et secundum quam ipsi subiectum vel ad eam patitur convenientes exerceat et hoc ante applicationem et in actu applicationis et post ipsius actum. Verbi gratia volumus extrahere aquam ydropicorum. Primo debemus considerare quod sit talis operatio et scimus per divisionem operum cyrurgie quod est solutio continui cum rasorio. Secundo debemus considerare quare sit et scimus per generalem intentionem cyrurgicorum ut curetur ydropisis velut saltem sussio alleviatur. Tertio debemus considerare utrum talis operatio sit utilia et possibilis et scimus quod est utilia quia aliter non potest curari ydropisis confirmata. Et quando si paciens debilis est non erit possibilis si forte extrahetur paulative. Quarto debemus considerare rectum modum extrahendi et est quod situetur supinus capitis pacientis et pellis ventris subtus umbilicum a latere dextro si passio venit a sinistro vel econtra si fuit in dextro. Elevatur ad superius et perforetur cum rasorio usque ad locum vacuum et applicetur canula aqua iuxta tolleranciam infirmi extrahatur et postea extracta canula cutis dimittatur et desiccatur claudatur vulnus munitis et aqua non exibit. Et quando volueris iterum conthe ducatur cutis et ponatur canula ut prius et exibit quantum volueris et poterit tollerare et ita patet opus. Pratores(?) istius artis quorum noticia et doctrina sunt apprime et quarum dicta conveniet sunt in hoc opere adhuc ut sciatur quid melius dixit alio bonum est eos in quodam cathalogo ordinare. Primus omnium fuit ypocras qui ut legitur in introductorio medicine superavit omnes et primus dixit adhuc perfectam apud grecos medicinam. Ipse enim ut dicit macrobius et ysidorus et ethimologiarum quod etiam recitatur in prologo totius continentis ante ypocratem siluerat per v^c annos a tempore appollonis et asclepii qui fuerunt primi eius inventores. Ipse enim vixit 95 annis et scripsit multos libros cyrurgie ut patet in comento et in multis locis per Galienum. Sed credo quod propter bonam ordinationem librorum Galieni libri ypocratis et multorum aliorum fuerunt obmissi. Galienus secutus est eum et quod ypocras seminavit tanquam bonus agricola excoluit et augmentavit. Hic multos libros scripsit in quibus multa de cyrurgia dimisit et specialiter librum de tumoribus preter naturam assumat et primos vi libros tacpeni de vulneribus et ulceribus et duos ultimos apostematibus et de multis extrinsecis aliis in quibus tamen opus manualis composuit et vii libros cathegenorum libris non habemus in summa ordinavit. Fuit autem maximus in sua demoratus tempore anthonini et imperatorum post ypocratem per 170 annos vixit 88 annos ut in vita et moribus philosophorum recitatur. Ipse Galienus et ypocras fuit tempus mirabile ut dicit avicenna in 1o de fracturis tractatu 2 per 500 annorum ut glosatur ibidem. Post Galienum invenitur paulus qui ut testatur Rasis in toto continente et haly abbas in libro de dispositione

Nota inventores cyrurgie

regali multa in cyrurgia fecit librum tamen
sextum cyrurgie sue inveni. Subsequenter
inveniuntur Jesus Albucasis et Azaravi qui
sive fuit unum idem vel diversi optime se
habuerunt maxime in libris almansoris et
divisionum et in cyrurgia albucasis dicta. Et
ut dixit haly abbas in illis sua similiter po-
suit. In toto vero continente qui elhavi
azaravi dicitur eadem replicavit et omnium maiorum
predecessorum suorum dicta aggregavit quamvis tamen
non elegit et longus et indeterminatus
apparatus, antiquus fuit. Elhalizabas ma-
gnus magister fuit et per sermacionem in libris
regalis disposicionis nona parte sermonis
de cyrurgia ordinavit. Avicenna prin[cep]s
illustris secutus est eum et valde ordinate
ut de aliis in quarto libro suo de cyrurgia
tractavit. Et usque ad eum inveniuntur omnes
fuisse physica et cyrurgia. Sed post
vel propter lasciviam vel occupacionem curarum
minime separata fuit cyrurgia et dimissa
in manibus mechanicorum. Quorum primi
fuerunt Rogerius Rolandus atque quatuor
magistri qui libros separatos de cyrurgia
ediderunt et multa inepta in eis miscue-
runt. Deinde invenitur Jamerius qui
quandam cyrurgiam brutalem edidit in qua
multa fatua nominavit in multis tamen Rogerium
secutus fuit. Subsequenter venit Brunus
qui satis discrete dicta G. et Avicenne et opera
Albucasis assumavit translacionem tamen librorum
G. toto non habuit et anathomiam penitus
dimisit. Post ipsum immediate venit
Thedericus qui rapiendo omnia que dixit
Brunus cum quibusdam fabulis Hugonis
de Luca magistri sui librum edidit. Guillelmus
de Saliceto valens homo fuit et in physica
et in cyrurgia duas summas composuit
et iudicio meo quantum ad illa que tractavit
satis bene dixit. Lanfrancus eciam librum scripsit
in quo non multa posuit nisi que a Guillelmo
recepit in alio tamen ordine mutavit. In
hoc tempore magister Arnaldus de Villanova
in utraque facultate floruit et multa pulcra
opera fecit. Henricus de Hermondavilla
parisius tractatum per nobilia incepit in quo miscebatur
de Thederico et Lanfranco faciendo matrimonium
ipsum tamen tractatum morte preventus non complevit.
Nostro hoc tempore in Calabria magister Nicolaus
de Regio in lingua greca et latina perfectissimus
ad requisicionem Regis Roberti multos libros G.
translatavit et eos nobis in curia transmisit
qui alcioris et perfectioris stili videtur quam
translati de arabica lingua. Ultimo venit
insurrexit una fatua rosa anglicana

que michi mandata et visa extitit in ea inve-
nire credidi suavitatem et inveni fa-
bulas ysparani Gilberti et Thederici.
Tempore autem meo fuerunt cyrurgici operatores
Tholose magister Nicolaus Cathalanus,
in Montepessulano magister Bonetus filius
Lanfranci. Bononie magister Peregrinus
atque Mercadantus. Parisius magister Petrus
de Argenteria. In Lugduno ubi practica-
vi longo tempore Petrus de Bonato. In
Avinione magister Petrus de Arlate et socius
meus magister Johannes de Parma. Et ego Hugo
de Cauliaco cyrurgicus magister in medicina
de confinibus Alvernie diocesis Mimatensis me-
dicus et capellanus commensalis domini nostri
pape vidi operaciones multas et multa scripta
predictorum precipue G. quia quot reperiebantur
libri in utraque translacione habui et eas cum
diligencia quanta potui studui et per multa
tempora operatus fui in multis partibus et nunc eram
in Avinione anno domini M° CCC° LXIII°
pontificatus domini Urbani quinti anno primo.
Ex dictis predictorum et meis experienciis
cum auxilio sociorum meorum hoc opus
compilavi iussu dei presertim quia currebat
tempore meo inter operatores istius artis preter
duas generales que adhuc viget. Leviores
vero et imperitorum reperiuntur a G. in de
sectis et per totum repertorium fuerunt quinque
prima fuit Rogerii Rolandi et iiii magistrorum
magistrorum qui indifferenter omnibus vulneribus
et apostematibus saniem cum suis pultibus pro-
curabant fundantes se super illo v aphorismorum
lenia bona, cruda vero mala. Secunda
fuit Bruni et Thederici qui indifferenter
omnia vulnera cum solo vino exsiccabant
fundantes se super illo 4i terapeutice. Sicca
enim sano est propinquius humidum vero non
sano. Tercia secta fuit Guillelmi de Sa-
liceto et Lanfranci qui volentes mediare
inter istos procurabant omnia vulnera cum unguentis
et emplastris dulcibus fundantes se super
illo 4e terapeutice quia cum via una est
medicina quia absque fallacia et dolore tractetur.
Quarta secta est fere omnium theotonicorum
militum et sequencium bella qui cum
coniuracionibus et potacionibus et oleo et lana
atque caulis folio procurant omnia vulnera
fundantes se super illo quia deus posuit
virtutem suam in verbis herbis et lapi-
dibus. Quinta secta est mulierum et multorum
ydiotarum qui ad solos sanctos de omnibus
egritudinibus infirmos remittunt fu-

Marginalia: "nota vulgares cyrurgicos" (left, beside "in manibus mechanicorum"); "Rosa fatua" (left, beside the last line of the first column); "1363" (right, beside "in Avinione anno domini"); "De quinque sectis" (right, beside "sectis et per totum"); "2", "3", "4", "5" (right, beside the second, third, fourth and fifth sects).

dantes se super illo. Dominus non dedit sicut
placuit, dominus non aufert quod placebit.
Sit nomen domini benedictum. Et quia iste
secte in processu libri redarguentur
abmittuntur de presenti. ¶ De uno tamen
miror quod ita sequitur sicut grues unus
non dixit nisi quod alter / nescio si est propter
timorem aut amorem. neque dedignatur
audire nisi consueta et auctoritate probata
male legerunt / Aristoteles in 2° metaphysice dicente
quod ista duo sunt que magis impediunt
viam et cognitionem veritatis / dimittuntur tales ami-
citie et timores quia amicus est plato
vel socrates / sed magis est amica veritas
secundum et dignum est preponere veritatem.
Sequatur doctrina dag^ti. Et applicata in
libro sectarum et per totam terapeuticam que
experimento et ratione integrantur in quibus investi-
gantur res et refutantur voces. ¶ Et
modum investigandi ipse docuit in de constitu-
tione artis medicative capitulo 1°. quod secundum quoddam
epilogo in 3 de virtutibus naturalibus capitulo 10
sic ponit. Oportet enim debentem cognoscere
quid aliis melius. Verum quid est a
principio et natura ipsa doctrina nichil ab
aliis differre. ¶ Tu autem factus fuit
puer veritatis quadam insania vene-
ream habere et neque die neque nocte de-
sistere studere et addiscere cetera a glori-
osissimis dicta sunt veteribus. ¶ Tu autem
in statum devenire iudicare eum et ex-
aminare tempore quam multo et intueri contra
quidem concordant hiis que manifeste apparet
contra vero differunt. Et ita hec quidem elige-
re, hec vero evitare. Et sequitur: talibus quidem
utique vehementer utiles speramus nostros
futuros esse sermones. Aliis vero utique
fiet ista constructio superflua ac si asino
fabularetur / Ideo tamen dico quod sit optimum
in proposito adducere testimonia ¶ Ratio. Et
in multis locis per rationem et experimentum
que sunt omnibus hominibus duo iudi-
catoria terapeutice primo adducit tamen
per testimonia. Sed in primo [illegible] augetur
fides eorum que sunt ex narratione concor-
dia. ¶ Et propter hoc dicit quod ipse scribet
universa farmaca que ab expertis me-
dicis tradita sunt. Et ita ut dixi fa-
ciam ego in processu deo glorioso adiuvante
¶ Redeamus ad propositum et ponantur con-
diciones que requiruntur cuicumque cyrur-
gico volenti artificialiter secundum modum
et formam operationem exercere in corpore

humano. ¶ Quarto ypo. omnium bonorum dux
cum quadam subtili inductione concludit
in primo amphorismorum. Vita brevis, ars vero
longa, experimentum fallax, iudicium diffi-
cile. ¶ Oportet autem non solum se ipsum prebere
sed que oportet facientem et assistentes et ea
que exterius sunt ordinare. ¶ Sunt ergo
quadruplices condiciones que accipiuntur hic
secundum Arnaldum latiatorem eloquentissimum.
¶ Quedam sunt que requiruntur in cyrur-
gico / quedam in infirmo / quedam in assistentibus
alie vero in exterius evenientibus. ¶ Con-
diciones que requiruntur in cyrurgico
sunt quatuor. Prima est quod sit litteratus. ¶ Secunda
est quod sit expertus. ¶ Tertia quod sit ingeniosus.
¶ Quarta ut sit morigeratus. Requiritur
ergo primo quod cyrurgicus sit litteratus non
tantum in principiis cyrurgie sed etiam phisice
tam in theorica quam practica ¶ In theo-
rica oportet quod ipse cognoscat res naturales et non
naturales et contra naturam. ¶ Primo enim oportet quod
ipse cognoscat res naturales precipue anatho-
miam sine qua factum est nichil in cyrurgia
ut inferius apparebit. ¶ Cognoscat etiam complexiones
ipsa secundum diversitatem medicina variatur contra thesalum in
tota terapeutice. Illud etiam per Galenum de complexionibus ¶ Res
etiam non naturales ut sunt aer, cibus et potus et cetera
oportet quod cognoscat naturam istarum que sunt cause totius egritudinis
et sanitatis / Oportet etiam quod cognoscat res contra
naturam morbum in specie. Nam ab ipso sumitur
intentio curativa. ¶ Nam nullus ignorans
ista si sine cognitione ipsius curaret non
esset eius virtus sed forte casualiter non per-
mittatur. Nam ipsa aliquotiens sua tamen
superant et totam curam perturbant et per-
vertunt in 3° ad glauconem. ¶ In practica oportet
quod sciat dietare et farmacare. Nam sine
istis non perficitur cyrurgia que est tertium instrumentum
medicine. Secundum Galenum in introductorio. Sic farma-
cia indiget dieta et cyrurgia sic et ipsa
dieta et farmacia ¶ Sic igitur patet quod oportet
ipsum cyrurgicum artificialiter operantem scire principia
medicine et cum hoc est decens ipsum scire ali-
quantulum aliarum artium. Et hoc est quod dicit
Galenus in p° capitulo contra thesalum ¶ Si enim neque
geometria neque astronomia neque dialectica
neque aliqua doctrina alia bonorum exerceret
medicus, propter coriarii, carpentarii et fabri
et ceteri dimitterent artes suas et venirent
ad medicinam et efficerentur medici. ¶ Secundo
dixi quod oportet quod sit expertus et viderit alios
operari unde in capitulo Avenzoar oportet
unumquemque medicum primus scire. Deinde
usum et experientiam habere / Et Rasis in 3° capitulo
almansoris. Halyabbas in testamento ypo.

Condiciones requisite ad cyrurgiam

p° quod sit litteratus

2a conditio quod sit expertus

3m quod

primo theorice illud quod testatur. Tertio quod sit ingeniosus ac boni iudicii et rememorationis. Et hoc dicebat Halyrodoan 13° regni: oportet medicum esse bone rememorationis boni iudicii bone solertie ac bone visionis et sanum intellectum cum bonitate forme ut scilicet quod habeat digitos graciles manus firmas non tremulas oculos claros etc. Quarto dixi quod oportet ut sit morigeratus sit audax in securis timidus in periculis malas curas fugiat sit infirmis gratiosus sociis benivolus cautus in pronosticando sit castus sobrius pius et misericors non cupidus neque extortionis sed secundum laborem suum et facultatem infirmi et qualitatem finis et dignitatem ipsius salaria recipiat moderate.

4m quod

Conditiones que in infirmo requiruntur sunt tres

Conditiones quae requiruntur in infirmo sunt tres: quod sit obediens medico velut servus domino, sit patiens quod bene confidat de ipso pro posse quod patiatur habeat de se ipso quod pacienter vivat mala ut in alia dicitur scriptura. Conditiones assistentium sunt quatuor quod sint pacifici graciosi fideles atque discreti. Conditiones extrinsecorum remediorum sunt plures quae omnia debent ordinari ad utilitatem infirmi ut dicitur in fine quinti amphorismorum. Ultimus finis propositio ista cum sint probatus in modo et ordine istius operis scilicet quod est scientia unde ex dictis in tertio colligitur quod artes sunt in quibus sunt artes continet cum primum est scire locum subiectorum suorum. Secundum est scire ducere finem intentum in locum subiectum. Tertium est scire instrumenta cum quibus valeat ducere illud finem in locum subiectum. Et ideo cum tertia ars sit particularis et operativa de natura tractatus quae sunt descripta in scientia debent esse tres. Et propter hoc ut magis specificetur erunt in isto opere septem tractatus. Primus erit de anathomia et locis subiectis. Et quinque sequentes erunt de modo ducendi finem intentum in locum subiectum. Septimus erit de instrumentis cum quibus ducatur illud finem in locis subiectis. Et habebit iste liber septem tractatus. Primus erit de anathomia. Secundus de apostematibus. Tertius de vulneribus. Quartus de ulceribus. Quintus de fracturis et dislocationibus. Sextus de omnibus aliis egritudinibus quae non sunt apostemata neque ulcera neque ossium passiones pro quibus habetur recursus ad cyrurgicum. Septimus antidotarium. Et in quolibet tractatu erunt due doctrine. Et in qualibet doctrina erunt certa capitula ut casus in quolibet capitulo erunt ea quae in ea capiunt scilicet inquirere in ... [illegible]

Conditiones assistentium sunt quatuor

Conditiones extrinsecorum remediorum sunt multe

Tria artes practice continent

Numerus tractatuum istius libri

Ordo in speciali quem tenetur in uno quoque libro

a quibus indicatis curatio sumitur. Sunt et iudicia a quibus quae non sunt possibiles et quae possibiles pro parte sunt ac etiam cautelas quae cum quibus cyrurgicus operatur. Unde sit talis erit ordo in toto libro auxiliante deo.

Ad facilem inventionem materiarum de quibus tractatur in isto libro est utile apponere rubricas tractatuum et capitulorum totius libri. Ne abraso nomine libro pagina mutua videatur remanere quod forte non est utilis in suis speculationibus ut Jacobus doctor invehebat subtilis.

Primus de anathomia[a]

Incipit nomine dei misericordis incipit tractatus primus istius operis et est de anathomia continens duas doctrinas. Doctrina prima est de anathomia membrorum consimilium universalium et simplicium. Secunda est membrorum officialium et particularium ac compositorum. Doctrina prima habet quinque capitula. — Primus

Capitulum primum est sermo universalis de anathomia et natura membrorum. Capitulum secundum de anathomia cutis et pinguedinis carnis atque musculorum.

Capitulum tertium de anathomia nervorum ligamentorum et cordarum.

Capitulum quartum de anathomia venarum et arteriarum.

Capitulum quintum de anathomia ossium cartilaginum unguium et pilorum.

Doctrina secunda de anathomia membrorum compositorum et officialium. — Doctrina 2a pro partibus

Capitulum primum de anathomia olle capitis.

Capitulum 2m de anathomia faciei et particularum eius.

Capitulum 3m de anathomia colli et partium eius.

Capitulum 4m de anathomia humerorum et brachiorum seu manuum magnorum.

Capitulum 5m de anathomia pectoris et partium eius.

Capitulum 6m de anathomia ventris et partium eius.

Capitulum 7m de anathomia anchorum et partium eius.

Capitulum 8m de anathomia tybiarum seu pedum magnorum.

Secundus de apostematibus[b]

Incipit tractatus secundus et est de apostematibus exituris et pustulis cuius sunt due doctrine. Doctrina prima est de apostematibus pustulis et exituris prout in sunt membris simplicibus. Doctrina secunda in speciali prout in membris compositis. Prima doctrina quinque habet capitula. Capitulum primum est sermo universalis de apostematibus pustulis et exituris. Capitulum 2m de flegmone vero et apostematibus sanguineis. Capitulum 3m ... pestiferis carbunculo et antrace et — Secundus

De vulneribus

Textus

De contusione

De vulne morsivo et venenoso

De vulnib' nervorum

Doct^a 2^a [illegible]

et pectoris eius in quo tractatur de vulneribus oculorum
Et si aliquod ingressum oculum vulneret et ledat
Et de tarsis et sanguine qui infra oculum exit
propter vulnera et percussiones ¶ De vulneribus
palpebrarum ¶ De vulnere nasi ¶ De vulneribus
aurium et labiorum ¶ Capitulum 3m de vulneribus
colli et dorsi et partium eius
¶ Capitulum 4m de vulneribus homoplatarum et brachiorum
¶ Capitulum 5m de vulneribus thoracis et partium eius
¶ Capitulum 6m de vulneribus ventris et partium eius
¶ Capitulum 7m de vulneribus ancharum et partium eius
¶ Capitulum 8m de vulneribus coxarum tibiarum atque pedum

Quartus de ulceribus

Quartus

Incipit tractatus quartus et est de ulceribus
cuius sunt due doctrine ¶ Doctrina prima
de ulceribus prout in sunt membris simplicibus
doctrina secunda in speciali de ulceribus prout
in sunt membris compositis ¶ Prima doctrina
quinque habet capitula ¶ Capitulum primum est primo
universalis in quo etiam tractatur de correctione
accidentium dispositionum concomitantium
ut de distemperantia ulcerum et de ulcere doloroso
et de apostemoso et de ulcere contuso
¶ De ulceribus cum carne superflua ¶ De
ulcere cum duritie et tenebrositate labiorum
¶ De ulcere cum varicibus ¶ De ulceribus cum osse
corrupto ¶ De ulcere difficile curabili cum
proprietate nobis occulta ¶ Capitulum secundum de
ulceribus putridis fumosis et primo de ulcere
virulento et corrosivo ¶ Capitulum tertium
de ulcere sordido et putrido ¶ Capitulum quartum
de ulcere profundo et cavernoso ¶ Capitulum
quintum de fistula in quo est de fistula pectoris
dictum et in suis locis ¶ Capitulum 6m de cancro
ulcerato et non de ulcerato unde apostematibus
est dictum ¶ Doctrina secunda de ulceribus
prout in sunt membris compositis ¶ Capitulum
primum de ulceribus capitis ut est talparia et
testudinaria ¶ Capitulum 2m de ulceribus
faciei in quo tractatur de nolimetangere
¶ De ulceribus et cancrositatibus vestis
ruptis et elevatione uvee oculorum
¶ De exitu et uvee propter rupturam
corniee ¶ De fistula in lacrimali ¶ De
ulceribus et polipo qui in naso ¶ De fluxu
sanguinis qui a naribus ¶ De alcola
et ulceribus oris ¶ De ulceribus aurium
¶ Capitulum 3m de ulceribus que in collo et
posteriores dentes qui in dorso ¶ Capitulum 4m
de ulceribus que in homoplatis et brachiis
¶ Capitulum 5m de ulceribus qui in pectore
¶ Capitulum 6m de ulceribus ventris ¶ Capitulum
7m de ulceribus ancharum et partium eius

de fistulis

Doct. 2a quarti

de ulc. in pectore

¶ De ragadiis et de ficubus que in virga
¶ De emorroydibus et ulceribus que veniunt
in ano ¶ De ficubus atricibus et condilomatibus
et ragadiis que in ano et virga
et matrice fiunt ¶ De fistulis que in ano
fiunt ¶ Capitulum 8m de ulceribus coxarum tibiarum
atque pedum in quo tractatur de
cancrenis et malo mortuo tibiarum
atque pedum

De restauratione ossium fractorum

Quintus

Incipit liber quintus de algebra
et extensione et restauratione
ossium fractorum et dislocatorum cuius
sunt due doctrine / Doctrina prima est
de restitutione fracturarum ¶ Doctrina secunda
de restauratione dislocationum / Doctrina
prima se[cund]a viii capitula ¶ Capitulum primum et est primo
universalis de restauratione fracturarum ¶ Capitulum
2m de speciali reductione fracture carnei
ossis mandibule et ossium capitis
et faciei ¶ Capitulum tertium de fractura colli
et spondilium dorsi ¶ Capitulum 4m de
fractura furcule et ossis patule
et totius homoplate ¶ Capitulum 5m de fractura
ossis adiutorii et brachiorum et totius
manus ut de brachio ¶ De rascheta
manus et digitis manus ¶ Capitulum 6m de fractura
costarum et partium pectoris ¶ Capitulum 7m
de fractura ossis anche et coxe et
primo de coxa deinde de aliis ¶ Capitulum
8m de fractura genu et tibiarum totius
pedis ut de tibia et de rascheta
pedis et de fracturis articulorum pedis
¶ Doctrina secunda de restauratione dislocationum
cuius sunt viii capitula

Doct. 2a quinti

¶ Capitulum primum et est primo universalis de dislocatione
¶ Capitulum 2m de dislocatione mandibule
¶ Capitulum 3m de dislocatione colli et spondilium dorsi
¶ Capitulum 4m de dislocatione humerorum et partium homoplate
¶ Capitulum 5m de dislocatione cubiti
¶ Capitulum 6m de dislocatione manus et digitorum
¶ Capitulum 7m de dislocatione anche et coxe
¶ Capitulum 8m de dislocatione genu et rotule pedis et partium eius ¶ De rotula
de pede et digitis

De egritudinibus que non sunt apostemata

Sextus

Incipit tractatus sextus de omnibus
egritudinibus que non sunt proprie apostemata
neque ulcera neque ossium passiones
pro quibus habetur recursus ad cyrurgicum et habet duas doctrinas

¶ Doctrina prima est de egritudinibus producentibus apostemata que sunt
comes toti corpori ¶ Secunda erit de hiis que
apparent in membro ¶ Prima doctrina habet
viii capitula ¶ Capitulum primum de gutta et dolore
et duritie iuncturarum sive veniat pro
gutta sive pro mala consolidacione et
restauracione ¶ Capitulum 2m de lepra et in-
diciis eius ¶ Capitulum 3m de morphea
serpigine scabie pruritu cyrombus
pediculis et aliis infectionibus cutis
¶ Capitulum 4m de extenuacione et ingrossacione
corporis et membrorum particularium ¶ Capitulum
5m de casu offensione distensione et sub-
mersione et de elisione in collo et dorso
¶ Capitulum 6m de combustione aque vel rei
ardentis ¶ Capitulum 7m de porris et ver-
rucis atque cornibus ¶ Capitulum 8m de mo-
rbis supplicius amputatis et de corporibus
mortuis condiendis ¶ Doctrina secunda de egritudinibus
que non sunt proprie apostemata neque ulcera neque ossium
passiones pro quibus habetur recursus
ad cyrurgicum que sunt secundum viii membra
habens 8 capitula ¶ Capitulum primum de egritudinibus
capitis in quo primo agitur de tinea Consequenter
de allopicia et calvicie atque casu capil-
lorum Et de canicie et pilorum mutacione
et tinctura Et de lavando caput Et
auferencia capillos Et prohibencia nasci
eos ¶ Capitulum 2m de disposicionibus faciei
et primo eius in se continens quinque partes
¶ Pars prima est de viri facie Et ad deco-
randum et faciendum colorem bonum ¶ Et
contra clavos lentigines et pannum removendum
ad sanguinem mortuum et livorem in facie
et aliis locis ad variolas et cicatricibus
ipsarum ¶ De gutta rosacea et pustulis
que in facie ¶ Pars secunda de egritudinibus
oculorum excepto de obtalmia et dolore
et pustulis et coitum Et sanie vel
cornea de quibus in capitulis est dictum ¶ Et
de vulneribus oculorum palpebrarum Et de hoc quod
ingressum est in oculo Et de tarfe in libro
vulnerum Et de ulceribus et cancrositatibus
et vesicas ruptis et elevatione vene
Et de fistula lacrimali que in libro ulcerum
que sunt ponentur cum istis erit tractatus
completus oculorum ¶ Et primo premittentur in tertia
parte summo ulis de egritudinibus oculorum ¶ Quibus
agetur de egritudinibus totius oculi que sunt in ...
vel lacrime eminencia seu ingrossacio
totius oculi et de eius opposita spa-
pilencia et diminucione et strabositate
¶ Consequenter dicetur de egritudinibus primum
oculi superiorum ab egritudinibus palpebrarum
que et inferior nuncupantur ¶ De scabie

De cum et relapsacione palpebrarum ¶ De abbre-
viacione et resinacione palpebrarum ¶ De mistione
palpebrarum ¶ De pilis additis et infra oculum
innatis ¶ De casu pilorum albedine et
pediculis ¶ De dicta supra ordeolo
grandine sulat et fiunt que de aliis dictum
est in locis suis ¶ De egritudinibus coniunctive
que 13 nuncupantur ¶ Et primo de ungula
¶ De sebel que de aliis dictum est in aliis
locis ¶ De egritudinibus cornee que 10
nuncupantur primo agetur de maculis de in
de catharacta et gutta serena que de
aliis dictum est in aliis locis ¶ De egritudinibus
aliarum particularum intrinsecarum oculi ex
quibus proveniunt debilitas et nocumentum
visu ¶ Pars tertia de egritudinibus aurium
Et primo summo generali de surditate de apostemate
et ulcere ¶ De tinnitu aurium ¶ De sur-
dicie aurium ¶ De aqua ingressa
in aure ¶ De lapillo vel nucleo vel
bestiola et quocumque ingrediente aurem ¶ De
panniculo et verruca seu carne aure
opprimente ¶ Pars quarta de egritudinibus narium
in generali et de opilacione cathesiali Et
de fetore anhelitus que de polipo et
de fluxu sanguinis in de ulceribus est tractatum
¶ Pars quinta de egritudinibus oris et primo
eius ¶ Et primo de egritudinibus lingue ut
est inflacio et magnificatio eius ¶ De ra-
nula et subcarnacione ¶ De spasmo
et filo continente linguam ¶ De palisi et
balbucie que de alcola et de ulceribus
et de apostematibus satis dictum est suis in locis
suis ¶ De partibus dentium ¶ Et primo pro
summo generalis de dolore dentium ¶ De
dente commoto et debilitato ¶ De putre-
dine vermibus et corrosione et perfora-
cione de limositate et feda coloracione
dentium ¶ De primo gingivarum et gar-
garconibus ut de inflacione et can-
cule ¶ De inflacione et magnifi-
cacione amigdalarum ¶ De eius medi-
cina qui aliquid impediens deglutiunt
que de carnibus addit apostematibus betho-
rum cyrurgis atque ulceracionibus ac can-
crositatibus dictum est in locis suis ¶ Capitulum
3m de egritudinibus colli ut gibbositate dorsi
que de squinancia et botiis in decapo est
dictum ¶ Capitulum 4m de egritudinibus hoplatis
et brachiorum seu manuum ut de inun-
stacione digitorum que de superfluo di-
gito abscindendo dictum est supra ¶ De
unguibus et disposicionibus ipsorum ut est

De casu offension

de combustione

Doctrina 2a 6 c.

de canicie
... eunuchi non
fiunt calvi ...
barbosi sunt ...
mulieres non habent
barbas ... vide
de allopicia

ad sanguinem mor-
tuum et livo-
rem in facie

De ing... aur...

De vermibus

attractio percussio sagitte mortue et sanies
sub ungue gibbositate et cancris fis-
sura et coloracio fiet ¶ Capitulum 7m de
egritudinibus pectoris et mamillarum ut de mul-
tiplicacione lactis ¶ De magnitudine mamillarum
¶ De parvitate papille ¶ Cura de apostematibus
et coagulacione lactis in de apostematibus est dictum
¶ Capitulum 6m de egritudinibus pariete ventris
ut est eminencia umbilici seu hernia
ventralis quia de ydropisi superius in de
apostematibus est dictum ¶ Capitulum 9m de egritudinibus
ancharum et partium procedencium ab eis ut
de ruptura seu hernia intestinali
et zirbali quia de hernia humorali aquosa
et ventosa atque carnosa in de apostematibus est
dictum de lapide in vesica et generacione [illegible]
in renibus et de arte mingendi ¶ De partibus
virge ut de priapismo clausione preputii
circumcisione castracione hermofrodis
de partibus matricis velut est clausio et
eius ampliacio ¶ [illegible] extractio fetus
et secundine de mola ¶ De egritudinibus ani
ut est etiam clausio eius exitus longaonis
et etiam matricis casus seu exitus [illegible]
de morroidibus et ficubus et atricibus
fissuris et ulceribus in suis locis superius
est dictum ¶ Capitulum 8m de egritudinibus
coxarum tybiarum et pedum ut de malo
mortuo et flewate (?) salso et cancrenis
¶ De doloribus et nudis (?) qui in calcaneo
fiunt quia de elefancia et varicibus in de
apostematibus est dictum ¶ De clavis et porris
in prima doctrina istius scripti est dictum fissures
unguium circa manum est dictum

Auctoris

Septimus

Incipit tractatus septimus qui antidotarium
dicitur duas continens doctrinas prima est
de universalibus antidotis seu auxiliis
secunda erit de particularibus prima habebit
12 capitula ¶ Capitulum primum est de flebotomia ve-
tosis et sanguisugis ¶ Capitulum 2m de medi-
cinis purgativis humores et digerentibus
ipsos ¶ De vomitu clisteribus et suppositoriis
¶ Capitulum 3m de cauteriis et forma
cauteriorum ¶ Capitulum 4m de corrosivis et arti-
ficio preparandi antidota localia que
in arte competunt cyrurgie in quo dicetur
de ablucione olei communis et terebentine
atque butiri ¶ De lavacione calcis
¶ De lavacione et preparacione thutie
et omnium metallorum ¶ De combustione
cuperosate et consimilium ¶ De preparacione
medicinarum compositarum ¶ Quomodo fiunt
olea ¶ Quomodo fiunt unguenta ¶ Quomodo
emplastra ¶ Quomodo embrocate et epythimata
¶ Et igne quo componitur alia multa
¶ Capitulum 5m de antidotis localibus apostematum
in quo tractabitur de medicinis repercussivis et attractivis
ac etiam de resolutivis ¶ Et de mundificativis
ac etiam abstersivis et lenativis consequenter
de doloribus sedativis ¶ Capitulum 6m de anti-
dotis localibus vulnerum et ulcerum
in quo tractabitur de medicinis restringentibus
sanguinem ¶ Et de medicinis incarnativis
et de consolidativis et de medicinis cau-
sticis et corrosivis ¶ Capitulum 7m de medicinis
fracturarum et dislocacionum
in quo tractabitur de medicinis glutinativis spara-
drapis et ceroneis confortantibus membra
¶ Et de medicinis humectantibus et mollificantibus
membra per mala restauracione indurata
¶ Capitulum 8m de residuis medicinarum cy-
rurgicalium ¶ Doctrina secunda de antidotis
particularibus et appropriatis membris et habebit 8
capitula ¶ Capitulum primum de auxiliis propriis
capitis et partium eius ¶ Capitulum secundum de
auxiliis morborum faciei et partium
eius ut de coracio (?) et passionibus oculorum
narium aurium et dencium atque gingivarum
¶ Capitulum 3m de auxiliis morborum
colli ¶ Capitulum 4m de auxiliis humerorum
manuum et dorsi ¶ Capitulum 5m de
auxiliis pectoris ¶ Capitulum 6m de auxi-
liis ventris ut est ydropisis et dolor
renum ¶ Capitulum 7m de auxiliis ancharum
et partium procedencium ab eis velut est
virga testiculi inguini matrix
et anus ¶ Capitulum 8m de auxiliis
coxarum et partium inferiorum

In nomine domini misericordis Incipit
tractatus primus istius operis et est de
anathomia continens duas doctrinas
Doctrina prima est de anathomia membrorum
communium universalium et simplicium Secunda erit
membrorum compositorum et particularium atque
compositorum Doctrina prima quinque habet capitula
Capitulum primum est de anathomia
et natura membrorum

Quoniam secundum Galienum
medicorum lucernam in libro
decimo septimo de utilitate
particularum capitulo penultimo
ignorancie sunt commoditates
sive anathomie una itaque et maxima
cum dei potencia admiracione Secunda
ad particularium pariencium digestione

Etiam ad futurorum dispositionum corporis
prenosticationem. Sed contra ad exercitium
curationum. Propter tanto necessarium est
et utile cuicumque medico peritiam habere
anathomie. Et hoc est quod Galienus di-
cebat in prima libri sui de ingenio sanitatis (?) medi-
corum medicorum non solum iuvenes
sed etiam antiqui studeant discere particulas
et passiones ipsarum et curam earum diver-
sificare secundum diversitates earum. Et licet
eas que incidunt sensibus parte co-
gnoscatur. Quecumque vero in profundo oc-
cultate sunt valde indiget exercitatio
in anathomia et actibus et utilitatibus ipsarum.
Et ab illo loco summitur principium totum
continet. In primo ingenii libro membrorum
dolentium est inventio quod medicus debet
esse sagax in notitia membrorum venientium
in quolibet loco. Et si hoc est utile phisi-
co multo magis ymo necessarium est cyrurgico
iuxta doctrinam ipsius necnon in sexto capitulo
qui in arabica translatione de ingenio
sanitatis nuncupatur. Cyrurgia inscientes
anathomiam peccant multotiens in incisionibus
nervorum et colligationum. Sed cum nervorum
vinculorumque particularum sciens. Adhuc autem
positiones et plasmationes quas habent in toto
corpore et secundum unumquodque membrorum quando
contingit in illo fieri plaga parte corporis
scies si nervus est incisus vel thenosis
colligatio. Et Henricus de Hamo-
davilla in primo libro cyrurgie sue per racionem
sic deducit. Omnis artifex tenetur
scire subiectum in quo operatur et aliter operando
errat. Sed cyrurgicus est artifex sa-
nitatis corporis humani ergo tenetur scire
naturam et corporis ipsius et per consequens anathomiam.
Confirmatur per simile quia eodem operatur
cecus in ligno et cyrurgicus in corpore
qui anathomiam ignorat. Sed cecus
scindens lignum sepissime ymo quando sunt
cornua accipiendo de ipso plus quam debebat
ulterius. Ergo similiter cyrurgicus quando
anathomiam ignorat. Admiscetur enim
sunt tales malorum cognorum de quibus
dicitur Galienus in secundo capitulo qui non secundum
articulos incidunt sed terunt quassunt
et divellunt. Sic ergo quod necessarium est medico
precipue cyrurgico scire anathomiam.
Et quamvis esset necessarium eis scire tam
anathomiam atque utilitates membrorum que sunt
tres radices et clavis totius medicationis

ut in primo micro (?) tegni dicitur declarare parando
longitudini et confidendo quod de ipsis
complete tractavit Galienus in libro de utilitatibus
de utilitate particularum qui tractatus
alios xv quos ipse fecit de curatione
anathomie ut Haly in fine tegni
testificatus est ad hunc translatus non
fuerunt. Et Halyabbas in prima parte libri
de dispositione regali sermone secundo et tertio.
Et Avicenna in suo canone libro primo
non tamen ponetur hic nisi compendium et materiale
anathomie quod possit dirigere cyrurgicum
operantem in incisionibus et reductionibus
membrorum. Est autem anathomia recta
divisio et determinatio membrorum corporis et cetera. Cuiuscumque
precipue corporis humani quia de illo est
intentio tota istius artis. Et dicitur ab
ano quod est rectum et thomos quod est diviso
quasi recta divisio. Anathomia acquiritur
duplici via. Uno modo per librorum doctrinam quam inquam
licet sit utilis non est tamen sufficiens
ad enarrandum ea que solo sensu cognoscuntur.
Et primo de utilitate capitulo 18. Et hoc est quod
Avenzoar dicebat colliget primo. Et nos
non abbreviamus loqui de anathomia
nisi propter hoc quod ymaginatio ista est brevius
et pura cognitione carum verorum quorum cognitione
ex passione per corpora mortuorum ex-
periencia. Experientia autem in corporibus
mortuis per decollatorum vel suspen-
sorum mortuus per decollatorum vel sus-
pensorum anathomiam ad minus membrorum
officialium interiorum carnis musculorum
et cutis et multorum venarum atque
nervorum precipue quantum ad originem
secundum quod tractat Mundinus Bononiensis quod
super hoc scripsit. Et peritiam fecit multis
vicibus et magister meus Berthucius
hoc modo. Situato corpore mor-
tuo in bancho faciebat de ipso quatuor
lectiones. In prima tractabat membra
nutritiva quia citius putrebilia. In secunda
membra spiritualia. In tertia membra animata.
In quarta extremitates tractatur. Et sicut
dicit Galienus in quolibet membro videndum
novem (?) rectitudines in quolibet membro videndum
est nove sicut positio substantia complexio quantitas
numerus figura et colligantia atque actiones
et utilitates. Et quia scientes ipsas in ipso
possunt contingere quibus per anathomiam
in diagnoscendo prenosticando ac etiam curando
in medicina possit ampliare. Experimentum
etiam in corporibus desiccatis ad solem aut
consumptis in terra aut eliquatis in aqua

Differentia anathomie
Anathomia quotuplex dicitur
primo
2do
Quis faciebat anathomiam
Henricus de Amandavilla
pro primo

curvete aut bullicte anathomia
salta ossiu cartillaginu nervorum
vnorum grossorum thenatiu et colliga-
tionu ¶ Et per istos modos G. cerebri
hominis et symiarum porcorum atque aliorum
multorum animalium ad noticiam pervenit
anathomie / Et non per picturis sicut
fecit henricus predictus qui cum picturis
picturis visus est anathomiam demon-
strare ¶ Quid autem sit corpus humanum (Quid est corpus humanum)
quod de illo fit sermo in tota medicina patet
quia est unum totum unione decoratum ex multis
et diversis membris seu particulis compositum
¶ Membrum autem seu particula secundum G. in primo
de utilitate particularum est quedam corporis pars que
omnino non est separatum neque aliud contingens
/ Et dicit ibidem quod quedam sunt maiores / quedam
minores hec in aliam speciem indivisibles
¶ Et hoc est quod dicit per alia verba A. in suo
canone libro primo Cum membra sunt corpora
que ex prima humorum generantur commixtione (Diuisio)
¶ Et sequitur quod membrorum / quedam sunt (Quid sit membrorum et quid dividatur)
simplicia / quedam composita loquendo de simplici
et composito ut medicus considerat large
¶ Simplicia vero sunt consimilia que non sunt
in aliam speciem divisibilia / ymo quamcunque
partem sensibilem recepit erit conveniens
toti in nomine et ratione / Et sunt xi
videlicet carthilago os nervi vene arterie (Quod xi sunt membra simplicia)
panniculi ligamenta corde cutis atque caro
/ Et eciam eis numerantur pinguedo pili et
ungues que licet non sunt membra proprie
sed superfluitates habent tamen utilitatem quandam
et regulacionem ut membra sicut in secundo
tegni innuebatur ¶ Et istorum quedam sunt
sanguinea quibus est vera regulacio et consolidacio
quia a sanguine generantur ut sunt caro et
pinguedo / quedam autem sunt spermatica
quia a spermate habent ortum quibus non est
regulacio neque consolidacio vera ut sunt ossa
et omnia alia membra predictis ¶ Et
preterea membrorum simplicium quedam sunt (Complexiones membrorum)
calida et humida / quedam frigida et humida / quedam frigida et
sicca ¶ Calida autem et sicca non dicuntur aliqua (Calida et sicca)
membra quia ultra naturam cutis ad
quam comparantur omnia non invenitur
aliquod membrum simplex calidius et
siccius ipsa / cutis enim est media non
solum humanarum particularum sed eciam tocius
speciei generatorum et corruptorum secundum G.
